



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1706**

Titulus X. De Natis ex Libero ventre.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62672](#)

bandam, existimat Henriquez *Lib. II. cap. 10. n. 5.* permotus textu *c. fin. cit.* ubi liberò alteri nubendi facultas danda assertur, si constiterit, quod ignorantia contrarerit, rationem reddit; quod eam alleget, in eaque se fundet, ac proinde de ipso procedat Regula *I. Et incumbit 2. ff. & I. Cùm auctor 23. C. de Probat.*

At melius cum Panormit. in *c. cit. n. 6.* & Alex. de Nevo *n. 5.* duos casus distinguit *cit.* Sanchez *n. 8.* Unum, quod alterius conditio servilis in loco & tempore contracti matrimonii communiter nota: Alterum, quod ita nota non est. Et priori quidem ignorantiam probandionus imponit alleganti; propter presum-

ptionem Scientia rei, quae communiter est nota, *c. fin. diff. 16. & c. 1. de Pofit. Prelat.* Posteriori vero non suam ignorantiam ab isto, sed suæ conditionis scientiam conjugi liberò non defuisse, probandum, ait, à servo; quod ignorantia in dubio semper presumatur: non scientia *I. Verius 21. ff. de Probat.* præsertim facti & statutus alieni communiter non noti, *Reg. Præsumitur 47. in 6.*

Neque aliud eruitur ex *c. fin.* quia de contrahentis ignorantia satis constat, si contrarium, scilicet servilem conditionem ei innotuisse, non probetur, ut *I. cit. Panormit.* observat,



## TITVLVS X.

### De Natis ex Libero ventre.

#### SUMMARIUM.

1. *Proles sequitur ventrem seu Matrem:*
2. *Aliquando etiam Patrem.*
3. *Hunc quoad familiam & nobilitatem:*
4. *Illam quoad libertatem & servitatem,*
5. *Locorum consuetudine seclusam,*
6. *A nobili patre ex ancilla suscepta proles nobilis non reputatur:*
7. *Antequam libera evadat.*

**I.** *C*um Servilis conditionis homini matrimonio jungi liber & ingenuus, si velit, possit, præsenti Rubricâ agitur de statu prolis, ex coniugio, inter illos initio, procreata. Qua in re

Regula generalis est; quod partus sequatur ventrem, *I. Partum 7. C. de R. V.* sive conditionem matris suæ, *I. Nec dissensiu 22. C. de Agricol. & Cenfis. & c. fin. de Servis non ord. ut ex matre, quæ conceptionis, nativitatis, aut inter hanc & illam medio aliquo tempore, etiam permanentem, libera aut etiam liberta, liberæ aut ingenuæ, pr. *Inßit. de Ingeniis. I. Et servorum 5. §. 2. ff. de Statu hom. & c. Unico hâc Rubr. ex ea autem, quæ toto illo tempore ancilla fuit, servilis conditionis proles nascatur, §. *Servi 4. Inßit. de Jur. Person.* cuiuscunque conditionis fuerit pater, *I. Partum cit. & sive illa ab isto ex aliena, sive ex propria ancilla sit procreata, I. Si ea 2. C. Si mancip. ita fuit alio.***

Hanc

Hanc tamen quantumvis in Jure admodum fundatam Regulam non parum difficilem reddunt. Primo textus, *Cum legitima facta sunt nuptiae, patrem liberis sequuntur, qui habetur l. 19. pr. ff. de Statu hominis* enim à patre nobili ex plebeia matre, ipsi copulata, procreata proles nobilis est, Tiraquell, *de Nobilit. cap. 15. n. 22. cap. 18. n. 3.* Secundò; quia, idem quoad conditionem ingenuitatis vel servitutis obtinere, non obscurè desumitur ex c. *Licet 3. de Conjug. servor.* quò loco miles, patre ingenuo natus, pro tali habetur, licet matrem haberit ancillam. Tertiò; quia, si patris nobilitatem, matris autem conditionem servilem proles sequatur, ex patre nobili & matre ancilla procreata proles nobilis simili esset & servilis, quod aperte repugnat; cùm nobilitas sit dignitas, secundum Bartol. *in l. 1. C. de Dignit. n. 40.* servi autem honorum & dignitatum sint incapaces, *l. Barbarius 3. ff. de Offic. Prator.* & quoad ea, quae sunt Juris Civilis, pro nullis habeantur, *l. Quod attinet 32. ff. de R. J.* Quartò, quod ad generationem prolis æquè, imò principaliùs concurrat pater quàm mater; & propterea illam non istius, sed patris conditionem sequi conveniat, *l. Quæritur 10. ff. de Statu hom.* Quintò; quòd libertas res inæstimabilis, *l. Libertas 106.* & omnibus rebus favorabilior sit, *l. Libertas 122. ff. de R. J.* ideoque, sicut proles ob legitimorum natalium favorem potius bonam, impedimentum ignorantis, quàm ejus notitiam habentis parentis malam fidem, c. *Ex tenore 14. Qui filij legit.* sic etiam potius ingenuam patris quàm servilem conditionem matris conveniat sequi, propter maximum favorem libertatis, c. *Licet cit. c. Ex literis 3. de Probat. Et c. fin. de Sent. Et re judic.*

2. Sed his non obstantibus, Regula illa firma, & communi DD. sensu receptum

est; quòd proles, sicut quoad honores & nobilitatem patris, *l. Cum legitima cit.* ita matris conditionem sequatur quoad ingenuitatem & servitutem, *juxta l. supra cit.*

Rationem utriusque reddit S. Thomas in 4. dist. 36. q. unic. art. 4. quòd partus esse à patre recipiat, tanquam à causa efficiente & suæ substantiæ principio nobiliori: mater verò ei minister plus materiæ, ex qua corpus formatur & augmentatur; & propterea proles quoad ea, quæ pertinent ad esse, ut sunt familia, dignitas, nobilitas, patrem: quoad ea vero, quæ corpus potissimum afficiunt, ut est libertas & servitus, matrem potius debet sequi.

Posterioris, sive statuendi; ut partus ventrem, sive ingenuam aut servilem matris conditionem sequatur, rationes alias reddunt JCT. i. Primo; quòd quoad istam Juris conditores spectarint id, quod certius est: de partu autem sola matre certò conflet, *l. Filium 6. ff. de His, qui sui vel alieni jur.* & *l. Quia semper 5. ff. de Ius Voc. Angelus ad pr. V. Sed et si quis, insit, de Ingenuis, n. 1.* Secundo; quòd mater, dum prole grava est, in ejus partu & educatione à domini servitiis impediatur, imò in partu de vita periclitetur: quod damnum & periculum ut domino compensaretur, & qui illa patitur, etiam commodum sentiret ac lucrum, *l. Secundum 10. ff. de R. J.* prolem non ingenuam patris, sed matris conditionem etiam servilem sequi, Jura voluerunt. Tertiò; quòd, licet pater ad generationem concurrat principaliùs, mater tamen plus conferat, eam in & extra uterum suā substantiā nutriendò; ut merito, sicut germina terræ potius quàm seminantis, sic proles matris potius quàm patris fructus reputetur.

Rationes contra Regulam allatae specimen majorem, quàm vim habent. Prima; quia *l. cit.* juxta Regulæ partem priorem de

Cc 2